et certorum amicorum subscriptum Vadioq Quadringentorum florenorum

firmatum pro parte sua in Omnibus eiusdem contractus punctis clausulis ar-
ticulis et conditionibus approbat confirmat et ratificat Illudq tenere
et perficere se submittit ac inscribit sub Vadio Quadringentorum florenorum
Polonicalium in defectu alicuius conditionis expletae ad Solvendum succumben-
dum. Et Coram offio praesenti Capitaneali Branscensi peremptae responsione ac sa-
tisfactione Omnibus iuris remedijs se abrenunciando et abrenunciando.

Niwino Woislawy Obligatio.

Coram offio et Actis praesentibus Capitaneali Capitan. Branscensibus comparens Nobilis
Sebestianus olim Andreae Niwinsky de Niwino Woyslawy sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Stanislao
olim Joannis Twierczewski et suis Successoribus Bonorum in haereditate Niwi-
no Woyslawy sitt. Quatuor Sulcos a pratazio Mierzbowsky ad vi-
am qua itur ad Niwino antiqua, extendens inter mediis Lucae fratris
sui germani et Pauli fratris patruelis iacens Cum Omnibus et sin-
gulis utilibus fructibus nullis exceptis in Duodecim florenis Polonicalibus ad exemp-
tionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum
pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admit-
tit. Pacemq tuitionem et evictionem Omnimodam eiusdem Inscriptionis ab
Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remo-
tarum per totum tempus tenutae eiusmodi caret sub Vadio si-
mili aliorum Duodecim florenorum Polonicalium Et Coram offio praesenti Ca-
pitaneali Branscensi in primo citationis Termino peremptae responsione
Omnibus iuris remedijs et defensis se et suos successores abrenunciando.

Niemyski Boguszewska Reformavit

Coram offio et Actis praesentibus Capitan. Capitan. Branscensibus comparens
Nobilis Joannes olim Mathaei de Niemyie sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili
Annae filiae olim Jacobi Boguszewski de Hryniei coniugi suae le-
gitimae Racione Verae dotis post eam acceptae et in bonis suis imper-
tatis in Medietate Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium
et immobilium in haereditate Niemyie Ludq consistentium haereditarium
obligatorum quaesitorum et alio quovis modo et iure titulo concer-
nentium habitorum et in post favente Divina clementia habendo-
rum Summam Sexaginta Sexagenarum Polonicalium dotis et Advitalitatis
aliorum Sexagenarum Polonicalium inscribit reformat et assecurat dotalicium
modo aliorum dotaliciorum hic in Regno Polon. observari solitorum. Et

inter Eosdem Advitalitas

Coram offio et Actis praesentibus Capitan. Capitan. Branscensibus comparentes

Ntis Joannes olim Mathei de Niemyie Sindi hõis ab una, et Ntis
Anna filia olim Jacobi Brzuszewski de Krzynki Conjux eiusd. ab altera
partibus ex altera Sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac li-
bere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia
ipsi inter se mutuam Advitalitatem et Usumfructus Omnium bonorum
suorum Mobilium et immobilium in Civitate Niemyie Sindi et alibi U-
bivis consisten. quovis modo et jure titulo se concernen. habitorum et
in post favente Divina clementia habendorum ad extrema Vitae suae
tempora inscribunt et assecurant tali modo Quod si prius de hac
luce Deo Volente Ntem Joannem Niemyski quam Modernam consorte
ipsius Ntem Annam Brzuszewska decedere contigerit Extunc ipsa
Bona eius Omnia Mobilia et immobilia Ubivis locorum consisten. su-
per ipsum Maritum suum modo quovis ac jure titulo concernen. cum
Universis attinen. et Omnibus utilibus fructibus, proventibus Nullo excepto ju-
re Advitalicio tenebit et possidebit ac illis Usque ad extrema
Vitae suae tempora Ususfructuetur. Post mortem vero ipsius Bona eadem
Omnia in Successores Mariti sui devolventur. Simili etiam modo
Si prius ipsam Ntem Annam Brzuszewska quam Memoratum Ntem
Joannem Niemyski Maritum eius Mori contigerit Extunc ipse bo-
na eius Omnia Mobilia et immobilia Ubivis locorum consisten.
Summasque pecunarias eandem Contin. suam quovis modo et jure ti-
tulo concernen. quocunque morte illius interveniente derelicta fue-
rint tenebit habebit et possidebit ac illis ad extrema Vitae
suae tempora Ususfructuetur. Post decessum vero ipsius bona ead.
Omnia in Successores eiusd. consortis suae absque quavis contradi-
ctione Successorum ipsius devolvi debent.

Niemyie Debitum.

Coram offo et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. per compar.
Ntis Martinus olim Jacobi Brzuszewski de Krzynki hõis Sana
mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia
Nti Joanni olim Mathei Niemyski et ipsius Successoribus Respectu affi-
nitatis dotis post Ntem Annam Sororem suam contingen. eius specta.
Novem Sexagen. Polon. debiti certi et septem Mulibrem Sun-
difowa hinc pro festo Nativitatis Christi Domini in An-
no Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo proxe futuro
solvere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit et inscribit
sub Vadio Simili. Et Coram offo praeti peremptoria respons-
ione ac satisfactione Omnibus in Universum juris re-
mediis et defensis se et suos Successores Usi abrenunciando.